

HISTORIOGRAPHI

SOCIETATIS IESU

AB EIUS

ORIGINE AD NOSTRA USQUE TEMPORA.



OPERA

JOANNIS NEP. STOEGER,

EIUSDEM SOCIETATIS SACERDOTIS.

MONASTERII, 1851. RATISBONAE.

LIBRARIA COPPENRATHIANA. G. J. MANZ.



PRAEFATIO.

Historia probe cognita quantum ad illustrandam veritatem animumque utilissimis doctrinis imbuendum valeat, nemo sane ignorat. Quare nullo non tempore in ea excolenda doctissimi viri operam suam posuere, eo magis quod toties ea perversi homines ad errores suos commendandos abuterentur. Societas quoque Jesu pro suo instituto egregium hoc veritatis adminiculum minime sibi negligendum duxit, illudque praesertim ad religionis caussam provehendam summo, quo pro variis temporibus licuit, studio est amplexa. Nihilominus non defuere, neque etiamnum desunt, qui ejus in re historica diligentiam desiderant atque etiam non levis eam incusant socordiae. Quin immo adeo haec opinio paulatim inolevit et plurimorum, qui in eam rem diligentius non inquirebant, animos incessit, ut e praecipuis Germaniae historiogra-

phis unus asserere non dubitarit, tam parum esse, quod Societas Jesu in re historica praestiterit, ut pro nihilo reputari debeat.

Ab hac accusatione, ut apud eos quorum est ea in re judicare, Societatem purgarem, opera historica ejusdem recensere statui (adjectis etiam quae remotius ad historiam spectant); ut hac ratione, ubi verba minus expediunt, facta loquantur. Simul mihi mens erat, operum auctorumque catholicorum elenchum hacce collectione nonnihil complere. Id enim jam pridem a non paucis desideratum, ab aliquibus etiam laudabiliter coeptum; neque adeo difficile foret, ad illustrandam rem literariam catholicorum, concinnare fusiorem auctorum notabilium indicem, praesertim si et ceteri religiosorum hominum ordines, qui bonis scriptoribus abundant, ad id opem conferrent suam. Quo etiam facile pateret, quanta sit vis societatum conjuncta ad promovendas literas eaque praecipue praestanda, quae plurimum tum laboris tum temporis requirunt. [1])

His praelibatis quaedam de fontibus e quibus hausi, subjiciam. Praeter alia literarum

[1]) Cf. v. g. acta Sanctorum Bollandi sociorumque.

subsidia manu scriptis usus sum R. D. Francisci Eglauer (olim S. J., Viennae in Austria demortui); quumque simul occuparer in recensendis nostris quotquot fuere Provinciae Austriacae scriptoribus, atque ex ipsa etiam Societatis nostrae dispersione nactus essem occasionem praecipuas quasdam majorum Europae urbium bibliothecas perlustrandi, materiarum seges non defuit.

Neque tamen facile adducor ut hunc elenchum a me completum credam numerisque omnibus absolutum; ad hoc enim ea etiam, quae Romae asservantur, literarum monumenta invisere oporteret, quod a me factum non est.

Biographicas, quas vocant, adnotationes huic operi non inserui, quum materies pro aliis e scriptoribus abundaret quidem, pro aliis vero deficeret, praetereaque multi multis, ut opinor, satis sunt cogniti.

Elenchus Scriptorum. *)

Abarca de, Petrus.

Historia Regum Aragoniae. Madriti 1682. Fol.

Ablon de, Claudius.

Relatio de nova Francia. Parisiis 1670. 8. gallice.

Abram, Nicolaus.

Pharus Veteris Testamenti, sive Sacrarum quaestionum Libri XV. Parisiis 1648. Fol. Opus in Dialogis scriptum plenum eruditione et crisi. Aestimatur maxime Liber IV de Assyriis.

Dissertatio de tempore habitationis filiorum Israel in Aegypto; excerpta ex Pharo et reimpressa in Supplemento Menochii.

In Manuscripto reliquit:

Historia Collegii et Universitatis Mussipontanae. 4., qua multum usum se fatetur Calmet in Praefatione ad Hist. Lothar.

Acorta, Emmanuel.

Historia rerum, a Societate Jesu in Oriente gestarum usque ad annum 1568. Lusitanice. — In latinum versa a F. Maffei. Dillingae 1571. Parisiis 1572. 8.

Hispanice reddita ab Joanne Iniquez de Laguerica. Salmanticae 1575. 4.

Epistolarum de rebus Indicis Liber I — de Japonicis Libri V Coloniae 1596. Antverpiae 1605. 8. Lusitan.

Acunha de, Christophorus.

Nova detectio magni fluminis Amazonum. Madriti 1641. 4. hispanice. Gallice reddita. Parisiis 1652. 12. Germanice Viennae 1729. 8.

*) Vitae Sanctorum aliorumque seorsim editae huic Elencho non sunt insertae.

Adanyi, Andreas.

Initia Collegii Cassoviensis Soc. Jesu ab anno 1601 ad annum 1640. Cassoviae 1743. 12.

Fasti Hungariae. Part. II. Cassoviae 1744. 8.

Adolph, Joannes.

Vastum opus, quod Regum Hungariae gesta continet. Fol.

Memoria posthuma magni Caesaris Leopoldi et gloriosa ejus gesta. Part. II. Fol.

Notitia historica de Imperatoribus Romanis, Graecis, Turcis. Fol. — servatur in Msc. in Bibl. C. R. Vien.

Adorno, Franciscus.

De ratione illustrandae Ligurum historiae. Aug. Taur. 1581. 8.

Agricola, Ignatius.

Historia Provinciae Germaniae Superioris Soc. Jesu. Pars I. quinque primos annorum complexa decades. Aug. Vind. 1727. Fol.

Ejusdem Pars II ab anno 1591 ad 1600. Aug. Vind. 1729. Fol.

Aimerich, Matthaeus.

Nomina et Acta Episcoporum Barcinonensium. Barcinonae 1760. 4.

Novum Lexicon historicum et criticum antiquae Romanae literaturae. Bassani 1787. 8.

Airoli, Jacobus Maria.

Dissertatio chronologica de anno, mense et die mortis Christi. Romae 1718. 8.

Septem Dissertationes historico-biblicae.

Akai, Christophorus.

Cosmographia. Cassoviae 1741. 8.

Initia Cassoviensis Societatis. Cassoviae 1741. 8.

Akai, Joannes.

Monumentum gratitudinis seu res gestae benefactorum Universitatis Tyrnaviensis. Tyrnaviae 1733. 12.

Alberti, Dominicus Stanislaus.

Historia Societatis Jesu in Sicilia a 1564 ad 1589. Pars I. Panormi 1702. 4. Partem II et III praelo paratam reliquit.

Albi, Henricus.

Elogia historica Cardinalium Gallorum et externorum adhibitorum in negotiis politicis. Parisiis 1744. 1653. 4. gallice.

Alcazar, Bartholomaeus.

Chronologica Historia Provinciae Toletanae Soc. Jesu ab anno 1541 ad 1580. Madriti 1710. hispanice.

Aldenbruck, Augustinus.

De Ubiorum antiquitatibus. Coloniae 1749—1751. 4.

Alderette, Bernardus.

Antiquitates Hispaniae. 1614. 4.

De Episcopis Cordubensibus.

Aldoini, Augustinus.

Vitae et res gestae Pontificum Romanorum et Cardinalium ab initio nascentis Ecclesiae ad Clementem IX Vol. IV. Fol. Romae 1677.

Alegambe, Philippus.

Bibliotheca Scriptorum Soc. Jesu. Antverpiae 1643. Fol.

Heroes et victimae Charitatis Soc. Jesu. Romae 1658. Fol.

Mortes illustres et gesta eorum de Societate Jesu, qui in odium fidei ab haereticis vel aliis occisi sunt. Romae 1667. Fol.

Alesson, Franciscus.

Navarrae Annales.

Alfonso de Carvallo, Ludovicus.

Asturum antiquitates.

Alfordus, Michael.

Griffith item et Joannes Flood dictus.

Britannia illustrata. Antverpiae 1641. 4.

Annales Ecclesiastici Britannorum, Saxonum et Anglo-

rum a Christo nato usque ad 1189. Tomi IV. Fol. Leodii 1663.

Almeida de, Michael.

Narrationes exemplorum et miraculorum in confirmationem mysteriorum fidei. Lingua Concannica. Goae. 1658.

Almeida, Petrus.

Commentarius in Suetonii Caesares. Hagae Comitum 1727. 8.

Almeyda de, Emmanuel.

Historia Aethiopiae altae. Coimbricae 1660. Fol.

Alticozzi, Laurentius.

Dissertatio historico-critica de antiquis novisque Manichaeis. Viennae 1765. 8.

Alucci, Caesar.

Speculum seu Compendium antiquitatum Sacrarum et profanarum Urbis Romae. Partes II. Romae 1623. 12.

Alvarez de Paz, Jacobus.

Historia Provinciarum Peruvianarum.

Relatio vitae S. Francisci Solani.

Alvarez, Gabriel.

Historia Provinciae Aragoniae Soc. Jesu. Tomis II.

Alvarez, Hieronymus.

Historia Soc. Jesu in Regno Lusitaniae pro annuis 1629. 8.

Amyot.

Compendium historicum praecipuarum virtutum vitae celebris Philosophi Chinensis Confucii. Parisiis 1787. 4. gallice.

Epitome chronologica historiae universalis Imperii Chinensis. gallice.

Plurimae relationes de antiquitatibus, monumentis et rebus Chinensium, quae Memoriis Chinensibus et Trevoltianis insertae sunt.

Anchieta, Josephus.

Brasilica Soc. Jesu historia et vitae clarorum Patrum, qui in Brasilia vixerunt. Tom. VI.

Anchieta, Ludovicus.

De Insulis Canariis.

Andrada, Antonius.

Descriptio expeditionis in Regnum Tibetanum. Ulyssipone 1626. Fol. hispanice. Relatione hac multum usus est Theodorus Rhoy in Historia latina de descriptione hujus Regni. Paderborni 1658. 4.

Andres, Joannes.

De origine, progressu et statu actuali omnis Literaturae. Tomi VII. 1782—1799. 4. italice.

Andres, Josephus.

Decor Carmeli seu Synopsis rerum, quibus S. Religio Carmelitarum decoratur. Caesaraugustae 1659. Fol.

Andreucci, Andreas Hieronymus.

De protonotariis apostolicis. Romae 1742. 4.

De Vicariis Basilicarum Urbis. Tractatus historico-canonicus. Romae 1744. 4.

Andrian, Carolus.

Synopsis chronologica sive ratio temporum et rerum succincta ab orbe condito ad annum Christi 1711. Graecii 1711. 8.

Catena temporum veteris et novi Testamenti. Viennae 1714. 8.

Series Romanorum Pontificum. Graecii 1728. 8.

Subsidium memoriae pro historia universali veteri. Graecii 1729. 8.

Epochae Sacro-profanae tabulis historico-chronologicis illustratae seu Methodus facilis et expedita universalis Historiae notitiam comparandi. Graecii 1729. 8.

Epochae Habsburgo-Austriacae ad comparandam historiae Habsburgo-Austriacae exactam notitiam utilissimae. Graecii 1730. Viennae 1762. 8.

Series Rom. Pontificum et Caesarum Occ. et Orient. a Carolo M., Regum Hispaniae et Lusitaniae, Angliae,

Italiae, Galliae, Bohemiae, Hungariae, Poloniae, Daniae, Sueciae. Graecii 1730 ad 1735. 8.

Quaestiones historico-chronologico-criticae ex historia ecclesiastica primorum VI Saeculorum. Graecii 1731. 4.

Epitome chronologica Scriptorum Ecclesiasticorum. Tom. II. Graecii 1733. 8.

Subsidium memoriae pro universa historia ecclesiastica. Graecii 1734. 8.

Subsidium memoriae pro historia Imperii Occidentalis. Graecii 1735. 8.

Subsidium memoriae pro historia Imperii Orientalis. Graecii 1736. 8.

Conclusiones historico-chronologico-criticae ex historia orientali. Graecii 1737. 8.

Dissertationes selectae historico-chronologico-biblicae super vetus testamentum. Viennae 1753. 4.

Dissertatio de veterum profanae historiae Scriptorum notitia, delectu et recto usu. Graecii 1743. 8.

Angelus, Arnoldus.

Consignati de omni statu homines etiam principes hoc saeculo ad fidem Romanam conversi. Pragae 1658. 4.

Angiolini, Franciscus.

Historia Societatis Jesu in Russia. Mspt.

Anglois, Joannes.

Historia Belli Sacri sive cruciatae contra Albigenses.

Anonymus.

Annales historici fundationis Collegii Tirasonensis Societatis Jesu. —

Nummi veteres Collegii Turonensis Soc. Jesu.

Anturino, Josephus.

Syria sancta, seu brevis narratio eventuum in Syria. Romae 1662. 4. E gallico italice reddidit.

Aprile, Franciscus Maria.

Chronologia universalis Siciliae. Panormi 1725. Fol.

Aquilera, Emmanuel.

Historia Provinciae Siculae Soc. Jesu. Pars I. ab anno 1546 ad 1611. Panormi 1737. Pars II. ab anno 1612 ad 1672. Panormi 1740. Fol.

Aranha, Franciscus.

Series historica Regum Lusitaniae. Eborae 1661. 4.

Arbieto de, Ignatius.

Historia Provinciae Peruanae Soc. Jesu et vitae aliquot illustrium virorum ejusdem Provinciae. hispanice.

Arnbruster, Joannes.

Olivetum Spirense. Francofurti 1654. 4.

Arnedo, Joannes Antonius.

Narratio de his, quae in Regno Cochinchinensi contra Religionem christianam acta sunt 1700. Pragae 1702. 8.

Arnoux, Joannes.

Expeditio Regis Ludovici XIII. in Bearniam. Parisiis 1621. 4. gallice,

Arvai, Georgius.

Selectae e profanis Scriptoribus historiae. Partes II. Tyrnaviae 1734 et 1735. 8.

Res literariae Hungariae. Cassoviae 1735. 12.

Atienza de, Joannes.

Descriptio Missionum in Regno Peruano. Antverp. 1593.

Augustus, Antonius.

Quaestiones facti ex historia ecclesiastica petitae.

Avrigny d', Hyacinthus Ricardus.

Memoriae chronologicae et dogmaticae, quae serviant pro historia ecclesiastica potissimum Galliae, ab anno 1600 ad 1716. Tom. IV. Parisiis 1720. 12. gall.

Editio emendata a P. Lallement sine autoris nomine. Tom. IV. Parisiis 1639. 12.

Memoriae, quae serviant pro historia universali Europae ab anno 1600 usque ad annum 1716 cum reflexionibus et notis criticis. Tom. IV. Parisiis 1725. 1730. 12.

Editio emendata per P. Griffet, sine autoris nomine. Tom. V. Parisiis 1757. 1758. 12.

Babai, Franz.

Hungariae Reges a S. Stephano usque ad Mariam Theresiam. Tyrnaviae 1773. 8.

Hungariae Palatini ab anno 1001 ad annum 1776. Tyrnaviae 1775. 8.

Archiepiscopi Strigonienses ab anno 1001 ad annum 1776. Tyrnaviae 1776. 8.

Baegert, Jacobus.

Descriptio Peninsulae Californiae in America cum duplici appendice falsarum Relationum. Manhemii 1773. 8. germ.

Baert, Franciscus.

Collaboravit in actis Bollandianis, in mensibus Maji et Junii.

Commentarius in vitam S. Basilii M.

Bailly, Nicolaus.

Collegit typoque paravit morte interceptus: Elogia Religiosorum Soc. Jesu in Gallia sanctimonia et doctrina praestantium.

Bajol, Joannes.

Sacra Aquitaniae Historia. Caduci 1644. 4. gallice.

Bajol, Joannes Hieronymus.

Annales Congregationum B. V. Mariae collecti ex annalibus Soc. Jesu.

Balbinus, Bohuslaus.

Diva Wartensis; seu Origines et miracula B. V. Mariae, quae Wartae in limitibus Silesiae colitur. Germanice reddita. Pragae 1654 et 1687. 4.

Diva Tursanensis, seu Origines et Miracula B. V. Mariae, quae Tursanae in Moravia ad urbem Brunam colitur. Olomucii 1658 et 1666. 8.

Diva Montis Sancti, seu origines et miracula magnae Dei hominumque Matris Mariae, quae in Monte Sancto regni Bohemiae colitur. Pragae. 1665. 8. bohemice reddita a Matth. Steyero S. J. Litomislii 1666. 8.

Epitome historica rerum Bohemicarum, quam ob venerationem christianae antiquitatis et primae in Bohemia Collegialis Ecclesiae Boleslaviensem Historiam placuit appellare. Libri VII quorum V priores edit sunt Pragae 1663; posteriores II Pragae 1677 et 1678. Fol.

Origines Comitum de Guttenstein. Pragae 1665. Fol.

Miscellaneorum Historicorum Bohemiae Tomi X. Pragae 1679 — 1677. Fol.

Syntagma Illust. familiae Comitum de Kolowrat. Edidit D. Joannes Diesbach. Pragae 1767. 8.

Tabularium Stemmatographicum Regni Bohemiae. Edidit D. Diesbach. Pragae 1770. 4.

Bohemia docta. Part. III. Edidit D. Ungar. Pragae 1779. 8.

Georgii Crugerii Pulveres sacri Bohemiae continuati. November et December. Pragae 1761. 4.

Liber curialis, seu de magistratibus et officiis curialibus Bohemiae. Edidit D. Riegger. Pragae 1793. 8.

Idem prodiit germanice per Jacobum comitem de Auersperg. Pragae 1810. 8

Adjumentum memoriae manuale chronologico - genealogico - historicum. Pragae.

Elenchus Librorum impressorum et manuscriptorum, ex quibus notitia veteris Bohemiae comparari possit. Tom. III. In Bib. C. R. Vind.

nales Norici ab anno 1331 usque ad Ferdinandum II. Lib. X.

Bautschner, Marcellinus.

Heroes familiae Esterhazianae. Viennae 1674. 4.

Bayer, Wolfgangus.

Descriptio sui itineris in Provinciam Peruanam Americae meridionalis Bamberga Limam usque. Norimbergae 1776. 8. germanice.

Beatillus, Antonius.

Historia civitatis Barii. Neapoli 1637. 4. ital.

Bebius, Philippus.

Chronologia brevis ab orbe condito ad haec tempora ex Bellarmino et Baronio in usum studiosae juventutis. Coloniae 1650. 8.

Becker, Clemens.

Historia Ecclesiastica practica. Tom. VII. Monasterii 1772 et seq. 8.

Historia Ecclesiastica Saeculi XVI et XVII usque ad Pacem Westphalicam; continuatio Historiae ejus Ecclesiasticae latinae. Coloniae 1691. 8. germ. Opus posth.

Bellarminus, Robertus.

De scriptoribus ecclesiasticis cum brevi Chronologia ab orbe condito ad annum Domini 1612. Romae 1612. Venetiis 1728. Fol.

Bellegarde, Joannes.

Historia universalis itinerum. Vol. VI. Amstelodami 1708. 12. gallice.

Historia generalis Hispaniae. Vol. IX. Parisiis 1723. 12. gallice.

Elementa Historiae Gallicae et Romanae, Geographiae, Heraldicae. gallice.

Benedetti, Antonius.

Observationes in varios nummos graecos ineditos. Romae 1771. 8.

Berard. Carotus Antonius.

E gallico latine reddidit Historiam Mariae Stuartae Reginae Scotiae. Bononiae 1645. 12.

Berault-Bercastel, Henricus.

Historia Ecclesiastica. Parisiis 1782, 8. Continuata ab anno 1720 ad annum 1836 per D. de Robiano. Vol. 16. Parisiis 1840. 8. germ. Aug. Vind. 1784 —1791.

Bergier, Franciscus.

Epistolae duae de morte et gestis Ludovici Borbonii Principis Condaei, primi e regio sanguine Principis et de praeclare ab eodem in vita gestis. Parisiis 1689. 12. gall. In latinum versae a P. Saligny S. J.

Berruyer, Josephus Isaacus.

Historia populi Dei ex solis libris Sacris deducta seu Textus S. Librorum veteris novique Testamenti in unum Historiae corpus redactum. Pars I. ab ejus origine usque ad nativitatem Messiae cum reflexionibus physicis, dogmaticis et moralibus et chartis geographicis et marinis. Tomi VIII. Parisiis 1720. 1729. 4. — Reimpressa cum correctionibus. Parisiis 1733 et 1740. 4. Vol. VIII. et Vol. X. 12. Pars II; a Messia usque ad finem Synagogae. Parisiis 1753. 4. Pars III seu Paraphrasis literalis Epistolarum Apostolicarum. Parisiis 1753 et 1777. 4. Vol. V. gallice. Universim Vol. XIV. 4. et XXIII. 12.

In Italicam linguam traducta. Venetiis 1741. 4. In polonicam. Varsoviae 1746. Fol. In hispanicam Madriti 1750. 4. In germanicam Luxemburgi 1753. 4.

Supplementum ad primam Editionem continens, continuationem Prophetarum vet. Testamenti, Historiam Jobi etc. Parisiis 1734. 4. gallice.

Berthet, Joannes.

Historia Chronologica Doctorum seu Administratorum

Collegii S. Martialis Ord. Cluniac. Avenione fundati. gallice.

Berthier, Guilielmus.

Historia Cleri gallicani coepta a P. Longevel et a Tomo I usque ad VIII producta, continuata a P. Fontenay usque ad X, a P. Brumoi usque ad XII, absoluta a P. Berthier. Tom. XVIII. Parisiis 1745. 4. et sequentibus. gallice.

Memoriae Trevoltianae redactae ab anno 1745 ad 1762, in quibus multa sunt ipsius. gallice.

Bertholet, Joannes.

Historia Ecclesiastica et civilis Ducatus Luxemburgensis Vol. VIII. Luxemburgi 1741 — 1743. 4.

Historia Institutionis festi Theophoriae seu corporis Christi. Leodii 1746. 4. gall.

Bertoux, Guilielmus.

Historia poetica deducta ex poetis gallicis. 1767. 12. gall.

Anecdota gallica ab origine Monarchiae usque ad Regnum Ludovici XV. 1767. 12. gall.

Anecdota hispanica et lusitanica ab origine harum duarum nationum usque ad nostros dies. 1773. 8. Vol. II. gall.

Bertrand, Joannes.

Missio Madurensis ex Documentis nondum editis. Tom. II. Parisiis et Lugduni 1847 et 1848. 8. gall.

Apologia Missionariorum regularium ultimorum Saeculorum, in forma appendicis primo Tomo Missionis Madurensis adnexa. Parisiis 1848. 8. gall.

Besson, Josephus.

Syria Sancta seu Missio Patrum Soc. Jesu in hac regione. Parisiis 1660. 8. gall.

Biard, Petrus.

Relatio de Nova Francia. Lugduni 1716. 12. gallice.

Biel de, Ludovicus.

Utilitas rei nummariae veteris.

Bilches, Franciscus.

Historia civitatis Beaciensis.

Binou, Philippus.

Epitome Geographiae cum Dictionario geographico gallico et latino. Rothomagi 1716. 8.

Bisciola, Joannes Gabriel.

Epitome X Tomorum Annalium Card. Baronii. Venetiis 1602. 4.

Martyrologium Romanum e latino italice redditum.

Bisselius, Joannes Gabriel.

Palma Boica ad Historiae formam scripta nomine Collegii Ingolstadiensis. Ingolstadii. 1636. 8.

Argonauticon Americanorum. Lib. XV. Monachii 1698. 12.

Reipublicae Romanae veteris Ortus et Interitus. Dilingae 1664. 8.

Palaestinae Topothesia brevis et compendiosa secundum regiones et tribus expressa. Ambergae 1659. 8. — cum tabellis chronographicis. Dilingae 1679. 8.

Acta Mariae Stuartae viventis et Morientis. Ambergae 1675. 8.

Aetatis nostrae gestorum eminentium Medulla historica ab anno 1601 ad annum 1621. Tom. VI. Ambergae 1675. 8. Aug. Vind. 1701. 8. Solisbaci 1725. 8.

Bissing, Andreas.

Vitae Sanctorum. Tomi II. Heidelbergae 1786. 8.

Blainville de, Josephus.

Tractatus de Literatura ad dandam incipientibus ideam generalem scientiarum et auctorum veterum et modernorum; insertus mem. Trev. 1717. — Aprili de Grammatica, Junio de Chronologia, Geographia et Historia universali et diversarum nationum, in specie Hebraeorum, Graecorum, Romanorum, Bizantinorum et Gallorum, Octobri de Historia Generali

Italorum. Prosecutio de Italis in specie ib. 1720. Martio. Additio ad Historiam Regni Neapolitani. ib. 1720. gall.

Blanc le, Marcellus.

Historia Revolutionis, quae accidit in regno Siam. 1688. Lugduni 1692. 12. gallice.

Blascovich, Andreas.

Historia universalis Illyrici ab ultima gentis et nominis memoria. Partes IV, Zagrabiae 1781—1794. Fol.

In Mspt. exstant et in Bibliotheca Academiae Zagrabiensis servantur:

Dissertationes quinque res Pannoniae sub Imperio Romanorum illustrantes. — Dissertationes de Pannoniae superioris martyrum palaestris. — Epitome historiae fluviorum Pannoniae. De origine Ecclesiae et Synodis Sirmiensibus. Sensa et auctoritas duorum scriptorum in Historia gentis Slavonicae, qui ad Augusti aevum pertinuere.

Bocanegra de, Mathias.

Iter Ducis de Escalon ex Hispania Mexicum. Mexici 1640. 4. hispanice.

Historia actus generalis S. Inquisitionis habiti Mexici 1652. 8. hispanice.

Boczek, Bohuslaus.

Historia B. V. Mariae Turzanensis. Brunae 1716. bohemice. 1719. germanice.

Böhmer, Antonius.

Leopoldus I. Sol Romani Imperii in Leopoldino Austriae Zodiaco repraesentatus. Graecii 1690. 8.

Germania gloriosa religione, sanctitate, sapientia. Viennae 1699. 8.

Societas Jesu in Coelis triumphans, sacris Ecclesiae honoribus in terris decorata, Saeculo Christi XVII, anno ejusdem ultimo saeculorum memoriae commendata. Viennae 1699. 4.

Germania gloriosa majestate, nobilitate aliisque status politici praerogativis. Viennae 1700. 8.

Bollandus, Joannes.

Litterae annuae Japonicae annorum 1628—1830 ex italico latine redditae. Antverpiae 1638.

Acta Sanctorum quotquot in toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae ex latinis et graecis aliarumque gentium antiquis monumentis collegit, digessit, notis illustravit Joannes Bollandus S. J. Theologus. Mensis Januarius adjuvante Godefrido Henschenio S. J. Tom. II. Antverpiae 1634. Fol.

Acta Sanctorum Februarii cum eodem. Tomi III. Antverpiae 1642.

Acta Sanctorum Martii cum Henschenio et Daniele Papebrochio S. J. a quibus hic mensis perfectus et post Bollandi mortem editus est. Tomi III. Antverpiae 1668.

Acta Sanctorum continuata sunt per Patres S. J. Bollandistas a Bollando communiter dictas et quidem Aprilis per Henschenium et Papebrochium. Tomis III. Antverpiae 1675.

Majus per eosdem et Franciscum Baertium ac Conradum Janingum. Tomi VIII. Antverpiae 1680—1688.

Junius per eosdem quatuor et Joannem Solerium. Tomi VII. Antverpiae 1695—1717.

Julius per Janingum, Solerium, Joannem Pinium, Guilielmum Cuperum et Petrum Boschium. Tomis VII. Antverpiae 1719—1731.

Augustus per Solerium, Pinium, Cuperum, Boschium et Joannem Stiltingum. Tomis VI. Antverpiae 1733—1743.

September per Pinium, Stiltingum, Joannem Limpenum,

Joannem Veldium, Constantinum Suyskenium, Joannem Perierium et Urbanum Stikerum. Tomis VIII. Antverpiae 1746—1748.

October per Stiltingum, Suyskenium, Perierium, Cornelium Byeum, Joannem Bueum et Joannem Guesquierium. Dies primi septem. Tomis III. Antverpiae 1770.

Sublata Societate stetit parumper opus, at resumtum Jussu Mariae Theresiae Augustae 1779 et comparuerunt Redactoribus Presbyteris Theologis tum Bruxellis versantibus:

Octobris Tomus IV diem 8 et 9 continens, Tom. V diem 10 et 11 continens, Tom. VI diem 13 et 14 continens. Bruxellis 1781—1788.

Sublatum opus jussu Regiminis Belgici in festo omnium Sanctorum 1788; iterum resumtum est 1789 in Abbatia Praemonstratensi Tongerloo in Brabantia, a quo tamen tempore nihil amplius comparuit donec 1827 Patres Societatis Jesu denuo continuationem operis Bruxellis susceperunt et opera Josephi van der Moor et Josephi van Hecke aliisque ediderunt:

Octobris Tomum VII diem 15 et 16 continentem. Bruxellis 1846.

Recusum successive totum opus Venetiis Fol. sed Editio longe originali est inferior.

Totam operis historiam adfert Caballero Suppl. 1.

Bollus de, Didacus.

Relatio brevis historica rerum in Provincia Peruana apud Indos a Patribus S. J. gestarum. Romae 1603. 8. italice. Latine Moguntiae 1604. 8.

Bombardi, Michael.

Topographia magni Regni Hungariae cum Regnis et Provinciis annexis, sine nomine autoris edita. Viennae 1718. 4.

Eadem emendata et aucta a P. Joan. Terstzyanzki. Viennae 1750. Fol.

Bomplani, Ignatius.

Historia christianarum rerum ab ortu Christi. Romae 1665. 12.

Historia Pontificatus Gregorii XIII. Romae 1655. Dilingae 1685. 12.

Bonanni, Philippus.

Historia Ecclesiae Vaticanae. Romae 1696. Fol.

Numismata Summorum Pontificum templi Vaticani fabricam indicantia, chronologica ejusdem fabricae narratione explicata. Tom. III. Romae 1696 et 1715. Fol.

Lemmata numismatum Romanorum Pontificum a Martino V usque ad Innocentium XII. Romae 1694. Fol. sine nomine.

Ordinum Religiosorum in Ecclesia militante Catalogus eorumque indumenta iconibus expressa. Partes IV. Romae 1706. 4. latine et italice. Latine et germanice. Norimbergae 1720 et 1732. 4.

Historia Cleri saecularis et regularis. Vol IV. Amstelodami 1716—1721. Fol.

Hierarchia Ecclesiastica, considerata in vestibus Sacris et civilibus usitatis ab iis, qui eam componunt, expressis iconibus. Romae 1720. 4. italice.

Numismata Pontificum Romanorum, quae a tempore Martini V seu ab anno 1477 usqne ad Innocentium XII seu annum 1699 vel auctoritate publica vel privato genio in lucem prodiere, explicata et multiplici eruditione sacra et profona illustrata. Vol. II. Romae 1699. Fol.

Bonifacius, Joannes.

Historia Virginalis de B. M. V. vita et miraculis. Parisiis 1605. 8. Lugduni 1630. 12.

Historiae Angelorum Epitome. Lugduni 1652. 8.

Bonnaud, Joannes Bapt.

Herodotus, Historicus populi hebraici. Leodii 1790. 12.

Bonnefoy, Benedictus.

Historia ortae et oppugnatae haeresis in Gallia sub postremis Vallesiae et primis Borbonicae stirpis regibus ab anno Christi 1534 ad annum 1664. Tom. II. Tolosae 1662 et 1664. 4.

Series seu Historia Episcoporum Magalonensium. Tolosae 1652 et 1665. Fol.

Epitome rerum in Occitania inferiore pro religione gestarum ab 1610 ad annum 1657. Monspelii 1657. 8.

Bonucci, Antonius Maria.

Epitome chronologico-genealogico-historica ab orbe condito. Ulyssipone 1706. 4. italice.

Bordier, Jacobus.

Relatio ejus, quod in nova Francia annis 1666 et 1667 contigit. Parisiis 1669. 8.

Boucher, Aegidius.

Disputatio historica de primis Tungrorum seu Leodiensium Episcopis.

Chronographia Historiae Leodiensis. Leodii 1612-1618. 4.

Annotationes de Chronologia Regum Francorum Merovaeorum. Leodii 1618. 4.

Commentarius de doctrina temporum. Antverpiae 1633. Fol.

Belgium Romanum ecclesiasticum et civile. Leodii 1655. Fol.

In Mpts. servatur:

Belgium Gallicum usque ad Carolum Calvum.

Bougeant, Guilielmus Hyacinthus.

Historia bellorum et negotiationum, quae praecesserunt Tractatum Westphalicum. Vol. II. Parisiis 1727 et 1744. 12. gallice.

Historia tractatus Westphalici. Vol. III. Parisiis 1744 et 1767. 12. gallice.

Bouhours, Dominicus.

Relatio de morte Henrici II. Ducis Longaevillae. Parisiis 1663. 4. gall.

Historia Petri Aubussonii Magni Magistri ordinis S. Joannis Hierosolymitani. Parisiis 1676. 12.

Bouilli, Petrus.

Historia inventionis et miraculorum B. Virginis Foyensis. Duaci 1620. 8. gallice.

Diva bonae spei seu origo et progressus devotionis erga B. Virginem bonae spei prope Valencenes. tacito nomine. gallice.

Bourg du, Moyses.

Jansenismus fulmine ictus ab Innocentio X et Historia Jansenismi. Burdigale 1658. 12. gallice.

Bourgeois.

Collegit et edidit gallice cum PP. Le Gobien et du Halde: Epistolae aedificantes et curiosae Missionariorum S. J. Parisiis 1702 et seq.

Bourgeois, Franciscus.

Epistolae undecim de Missionibus in Regno chinensi, quae habentur in litt. aedif. P. XXIII.

Collaboravit Memoriis scientiam, artes et consuetudines Chinensium attinentibus. Parisiis 1776—1791. 4.

Bourghesius, Joannes.

De Jubilaeo Societatis Jesu. Duaci 1640. 8.

Boutoni, Jacobus.

Relatio stabilitae a Gallis sedis in insula Martiniana una ex Antiliis in America ab anno 1625. Parisiis 1640. 8.

Bouvet, Joachimus.

Jcon historica Monarchiae Sinensis. Parisiis 1695. 8. gall.

Status praesens Chinae. Parisiis 1695. gallice.

Epistolae quinque de regno Chinensi, quae habentur germanice in Mercurio Stoeckleinii. P. II.

Bouzonié, Jacobus.

Historia Religiosarum Dominae nostrae. Vol. II. Pictavii 1697. 4. gallice.

Bowens, Gerardus.

Epistola de Missione in Insulis Marianis; habetur in Mercurio Stoeckleinii P. II.

Bower, Archibaldus.

Historia Paparum a fundatione Sedis Romanae usque ad praesens tempus. Londini 1748. 4. Vol. IV. anglice. Magdeburgi 1751—1757. 4. germanice.

Brandonez, Ayres.

Epistolae quatuor de morte S. Francisci Xaverii et corporis ejus translatione nec non de statu Missionis in India. Conimbricae 1570 et in Hist. Miss. Indiae.

Brebeuf de, Joannes.

Relatio eorum, quae a Patribus S. J. apud Hurones in nova Francia annis 1634 et 1635 gesta sunt. Parisiis 1635. 12. gallice.

Bressano, Franciscus Josephus.

Brevis Relatio de Missionibus S. J. in Nova Francia. Maceratae 1653. 4. italice.

Briet, Philippus.

Annales mundi sacro-profani seu Chronologia ab orbe condito ad annum 1663. Vol. II. Parisiis 1663. Fol.

— cum continuatione ad annum 1714 per Sacerdotem S. J. Viennae 1727. Fol.

Indiculus temporum. Viennae 1729. 8. Extractus ex Chronologia per Jos. Pichler.

Concordia chronologica Philippi Labbaei et Philippi Brietii. Vol. V. Parisiis 1635—1670. Fol.

Francorum Regum Annales accuratissimi studio Philippi Labbaei S. J. ab anno Christi 420 ad annum 1200 perducti et a Philippi Brietio ad annum 1600 producti cum Breviario saeculi XVII Aerae christianae. Parisiis 1636—1670. Fol.

Brotier, Gabriel.

Laboravit in nova Editione Epistolarum aedificantium et curiosarum.

Tractatus de Monetis Romanis, Graecis et Hebraicis, comparatis cum Monetis Galliae ad intelligendum Scripturam S. et omnes Autores Graecos et Latinos. Parisiis 1760. 4. gall.

Brower, Christophorus.

Antiquitatum Fuldensium eccl. et civ. Libri IV. methodice scripti ad annum 1606 cum Chronographia Abbatum. Antverpiae 1612. 4.

Antiquitates Annalium Trevirensium et Episcoporum Trevirensis Ecclesiae suffraganeorum. Pars I. librorum 18. Coloniae 1626. Fol. P. Masenius S. J. continuavit hoc opus. Tom. II. Leodii 1670. Fol. cum fig.

Brumoy, Petrus.

Historia Ecclesiae Gallicanae coepta per P. Longeval, continuata per P. Fontenay et P. Brumoy et finita per P. Berthier. Vol. XVIII. Parisiis 1730. 4. gallice.

Historia Revolutionum Hispaniae Patris Orleans. S. J. revisa et publicata. Vol. III. Parisiis 1734. 4. gall.

Nova Editio Historiae Tamerlani autore P. Margan S. J. Parisiis 1739. Vol. II. 12. gallice.

Brunner, Andreas.

Annales virtutis et Fortunae Bojorum. Tomi III, qui Historiam Gentis ab anno ante Christum 600 ad annum Christi 1314 complectuntur. Monachii 1626. 1629. 1637. Lipsiae 1701. 1716. Fol.

Fasti Mariani cum illustrium Divorum Imaginibus et elogiis in singulos anni menses diesque Sanctorum Natales distributi. Monachii 1630. Antverpiae 1633 et 1663. 16. tacito nomine.

Budinsky, Carolus.

Crises in Historiam Ecclesiasticam. Olumucii 1753. 8.

Bucelleni, Octavius.

Res memorabiles per decennium bello Austriaco-Hispano-Gallico gestae. Viennae 1710. 12.

Bue, Jacobus.

Elaboravit cum Sociis primos quinque Tomos Octobris Act. Sanct., quorum tres primi Antverpiae 1765 — 1767, sequentes duo Bruxellis 1780 et 1786 editi sunt.

Ejus in specie est Elogium Jacobi Stiltingi Collaboratoris in hoc opere.

Buffier, Claudius.

Historia de Origine Regni Siciliae et Neapolis continens eventus et victorias Principum Normanorum, qui illud stabilierunt. Parisiis 1700. 12. sine nomine. gallice.

Epitome Historiae Hispaniae per quaesita et responsa. Parisiis 1704. 12.

Praxis memoriae artificialis ad addiscendam retinendamque Chronologiam et Historiam universalem. Partes III. Parisiis 1705. 12. duodecies edita. gallice.

Geographia universalis exposita in diversis methodis, quae abbreviare studium et facilitare usum hujus scientiae possunt cum similibus versibus aliisque auxiliis artificiosis. Tom. II. Parisiis 1712 — 1783. 12. Novem editiones. gallice. Leodii 1786. 12.

Historia chronologica ultimi saeculi. Parisiis 1711 — 1713. 12.

Historia universalis in lusu seu Tabula chronologica Historiae universalis in forma lusus. Parisiis 1718 et 1722. 12. gallice.

Introductio ad Historiam Domuum regnantium Europae. Parisiis 1717. 12. Vol. III. cum magno numero Tabularum genealogicarum.

Historia novi Testamenti cum suscinctis reflexionibus. Rothomagi 1729. 12. gallice.

Bullioud, Petrus.

Lugdunum Sacro-profanum seu Synopsis Historiae Lugdunensis. Lugduni 1641. 4.

Burgos de, Joannes.

Auctuarium ad Historiam Tursellini de Domo Lauretana. Madriti 1671. Fol. hisp.

Burkardt, Carolus.

Dissertatio de Nobilitate Romana et ejus Insignibus. Viennae 1734. 8. cum fig.

Burriel, Andreas Marcus.

Vera et genuina Collectio veterum Canonum Ecclesiae Hispaniae, cum Praefatione historico-critica. — Fol. Msc.

Notitia Californiae et ejus acquisitionis excerpta ex Historia Msc. P. Michaelis Venegas. Vol. III. Madriti 1757. 4. hispanice.

Bussi, Felicianus.

Historia Civitatis Viterbiensis. Romae 1742. Fol. italice.

Veterum Etruscorum Monumenta in Viterbiensi territorio reperta, aeneis tabulis edita et brevibus notis explicata.

Bussieres de, Joannes.

Flosculi historiarum delibati ex rebus praecipuis, quae ab orbe condito ad nostra tempora contigerunt. Partes II. Lugduni 1659. 1661—1687. 12. Venetiis 1764. E latino ab Autore ipso gallice reddita sub nomine: Hortus historiarum. Tom. II. Lugduni 1668. 12. germanice. Hanoniae. 1673.

Historia Francica ab initio Monarchiae ad annum 1660 deducta. Tom. IV. Lugduni 1661 — 1671. 4.

Buzelin, Joannes.

Annales Gallo-Flandricae ab annis plus quam 1300. Duaci 1624. Fol.

Gallo-Flandria sacra et profana seu Descriptio Gallo-Flandriae ejusque antiquitates sacrae et profanae ab anno 253 ad annum 1610. Duaci 1625. Fol.

Constantiae Rhenanae Metropolis sacra et profana. Francofurti 1667. 4.

Bzenski, Rudolphus.

Bipartita historia Transylvaniae et Societatis Jesu in ea militantis. Claudiopoli.

Caballero, Raimundus.

Bibliothecae Scriptorum Soc. Jesu Supplementa I. et II. Romae 1814—1816. 4.

Caccia, Claudius.

Epitome Historiae Domus Austriacae. 1774. italice.

Compendium generale historicum Augustarum Domuum Austriae et Lotharingiae. Cremonae 1775. 4. italice.

Cahier, Carolus.

Monographia Ecclesiae cathedralis Bitturicensis (Bourges): Specularia Saeculi XIII. Parisiis 1844. Fol. gallice.

Tabulas delineavit P. Arthurus Martin et earum impressionem direxit.

Cahier, Franciscus.

Gallice reddidit Synopsin Historiae Soc. Jesu primi saeculi. Tornaci 1642.

Cahour, Arsenius.

De B. Virgine apud forum vetus (de Fourvière) seu Investigationes historicae circa aram, in cujus tutela est Lugdunum et de praecipuis rebus, quae illius celebritatem aut impediverunt aut promoverunt. Lugduni 1838. 8. gallice.

Caillet, Joannes.

Sanctorum virorum illustria exempla et facta lectissima per singulos anni dies digesta. Tomi 6.

Calaveroni, Joannes Guilielmus.

Ad Historiam Mediolanensem Tristrani Chalchi recensitam Epitomes, Notae et Indices. Mediolani 1627.

Calino, Caesar.

Tractatus historico-chronologicus in totam seriem veteris Testamenti. Tom. II. Venetiis 1725. Germanice. Aug. Vind. 1759. Fol.

Tractatus historico-theologico-scripturisticus supra SS. Evangelia. Venetiis 1728 et 1741. Germanice. Aug. Vind. 1750. Fol.

Tractatus historico-criticus in Acta Apostolorum. Venetiis 1735. 4.

Tractatus historico-chronologicus, quo monstratur, Historiam Josephi Flavii esse falsam et a S. Scriptura discrepare. Venetiis 1726. 4.

Calles, Sigismundus.

Annales Austriae. Partes II. Viennae 1753. Fol.

Series Misnensium Episcoporum. Ratisbonae et Viennae 1752. 4.

Annales Ecclesiastici Germaniae. Tom. VI. Viennae 1656 — 1769. Fol.

Campianus, Edmundus.

Commentarius de Insula Hibernia. Londini 1586. Fol.

Narratio Divortii Henrici VIII. Regis Angliae ab uxore. Duaci 1622. Fol.

Chronologia universalis. Dublini 1533. Fol.

Canisius, Jacobus.

Latine reddidit: Vitae Sanctorum a P. Ribadeneira hispanice scriptae. Coloniae 1630. Fol.

Cantel, Petrus Josephus.

De Republica Romana Liber singularis, sive de re militari et civili Romanorum ad explicandos Scriptores antiquos. Parisiis 1684. 12.

Metropolitanarum Urbium Historiae civilis et ecclesiasticae Tomus I, in quo Romanae sedis Dignitas et Imperatorum ac Regum maxime Francorum in eam merita explicantur. Parisiis 1685. 4.

Editio auctior et aeneis figuris ornata. Utrajecti 1688. 1691. 1696 et 1726. 12.

— cum duabus dissertationibus de praecipuis veterum Romanorum sacrificiis et de ipsorum nuptiis. Venetiis 1730. 1741 et 1759. 8. Viennae 1751. Neapoli 1763. 8.

Carcanus, Joannes Baptista.

Historia Insulae Corsicae et portuum ejus.

Cardim, Antonius Franciscus.

Relatio gloriosae mortis quatuor Oratorum Lusitanorum e Civitate Macaensi cum 57 Laicis in Japoniam missorum et Nogasachi pro fide Christi capite plexorum. Ulyssipone 1643 et 1650. 4. Romae 1646. 4. Italice. Romae 1646. 8.

Fasciculus e Japonicis floribus suo adhuc sanguine madentibus compositus cum 87 imaginibus interfectorum in odium fidei Patrum Soc. Jesu. Romae 1646. 4. Ulyssipone 1650. 4.

Catalogus Regularium et Saecularium, qui in Regno Japoniae a fundata ibidem a S. Francisco Xaverio gentis Apostolo Ecclesia ab ethnicis in odium christianae Religionis violenta morte sublati sunt. Romae 1646. 4. Ulyssipone 1650. 4.

Relatio de Provincia Japoniae, Malabariae, Cochinchinae etc. Soc. Jesu, oblata Innocentio X. P. M. Romae 1645. 8. gallice. Parisiis 1646. 8.

Cardulus, Fulvius.

Historia de Inventione SS. Martyrum Abundii et Abundantii. Romae 1584. 8.

Passio SS. Martyrum Getulii, Symphorosae ac septem filiorum notis et digressionibus illustrata. Romae 1588.

Carvallo de, Ludovicus Alphonsus.

Historia Asturiae et limitum ejus. hispanice.

Cassani, Josephus.

Historia Provinciae Soc. Jesu in novo Regno Granadensi. Madriti 1741. Fol.

Cassius, Bartholomaeus.

Historia Lauretana ex Tursellino et aliis. Lib. 2. Romae 1607 et 1617. 8. illyrice.

Castilius, Raphael.

De Donatione Constantini. Lib. V.

Catrou, Franciscus.

Historia Generalis Imperii magni Mogolis a fundatione ejus usque ad haec tempora ex Commentariis curiosis lusitanicis D. Manucchi Veneti. Tom. II. Parisiis 1701 et 1715. 4. gall.

Historia Fanatismi Religionum Protestantium. Vol. III. Parisiis 1733. gall.

Historia Romana a fundatione Romae per PP. Catrou et Rouillé S. J. cum notis historicis, geographicis et criticis, iconibus, chartis et nummis. Parisiis 1725-1748. Tomi XXI. 4., quorum ultimum P. Routh elaboravit. — Editio sine notis et figuris. Parisiis et Hagae 1731. 12. gall. Tomi XX. Anglice Londini 1730. Vol. IV. Fol. Italice Venetiis 1735. 8. Tomi. XVI.

Cavaignac, Antonius.

Historia B. Virginis a Gaudio, de Liesse nuncupatae.

Historia B. Virginis Cignacensis apud Ruthenos. Ruthenis 1627. 12. gall.

Caussin, Nicolaus.

Impietas domita a Liliis seu Historia Saxoniae a Carolo Magno domitae. Parisiis 1629. 8. gallice. Romae 1647. 12. italice.

Historia Mariae Stuartae Reginae Scotiae. Tom. II. Londini 1725. Fol. gallice.

Celloti, Jacobus.

Opus P. Angeli Galucci de bello Belgico italice reddidit. Romae 1673.

Cerceau du, Joannes Antonius.

Historia Revolutionum Persiae. Vol. II. Parisiis 1742. 12. gallice.

Historia Thamas Kuli-Kan Sophi Persiae. Tom. II. Amstelodami 1741. 12.

Historia Conjurationis Nicolai Gabrini, dicti Rienzi, Tyranni Romae 1347; perpolita a P. Brumoy S. J. Parisiis 1733. 12. gallice. Amstelodami 1734 et 1744. 12.

Cerisiers de, Renatus.

Imago seu Historia B. Virginis Exhilaratricis vulgo de Liesse dictae. Rhemis 1622. 12. gallice.

Cerqueira, Ludovicus.

Mors gloriosa Sex Martyrum, qui 1604 in Japonia pro fidei confessione passi sunt. Romae 1607. 8. italice ex lusit.

Chamillard, Stephanus.

Dissertationes de plurimis nummis et lapidibus incisis Cimelii sui aliisque Antiquitatis monumentis. Parisiis 1711 et 1712.

Chanowsky, Albertus.

Vitae Christi, B. Virginis et Sanctorum. Pragae 1625. 1696 Fol. bohemice.

Vestigium Bohemiae piae notis illustratum et auctum a Jos. Tannero S. J. Coloniae 1659. Pragae 1689. 12. bohemice.

Charelli, Benedictus.

Memoriae Sacrae Civitatis Messanae in quibus describuntur Historiae Sanctorum, Beatorum et Patronorum hujus civitatis, adjunctis quibusdam personis insignis pietatis, quae autoris aetate floruere. Messanae 1705. 4. italice.

Charenton, Josephus Nicolaus.

Historia generalis Hispaniae P[ii] Mariana S. J. versa ex latino. Vol. V. Lugduni 1720. Parisiis 1725. 4. gall.

Charlevoix, Petrus Franc. Xav.

Historia Fundationis, Progressus et Diminutionis Religionis christianae in Regno Japoniae. Vol. III. Rothomagi 1715. 12.

Historia et Descriptio generalis Japoniae, cum examine omnium Autorum, qui de hac materia scripserunt. Tomi II. Parisiis 1736. 4. gallice.

Historia Insulae Hispaniolae seu S. Dominici. Vol. 2. Parisiis 1730. Amstelodami Vol. 3. 1733. 8. gall.

Historia et Descriptio generalis novae Franciae (Canadae et Luisianae). Vol. 3. Parisiis 1744. 4. gallice.

Historia generalis Paraguariae. Vol. 3. Parisiis 1736. 4. gallice.

Adumbratio Corporis Historiarum novi Orbis. In Mem. Trev. 1735. gallice.

Chesne du, Joannes Bapt. Philipotot.

Scientia nobilis juventutis. Vol. 3. Parisiis 1729 et 1730. 12. gallice. Comprehendit quidquid educationem concernit, Geographiam, Historiam, Heraldicam, Chronologiam, Arithmeticam, Fortificationem, Poësim, Historiam Ecclesiasticam; omnia versibus brevi prosa explicatis.

Epitome Historiae antiquae, seu quinque Magnorum Regnorum, quae Nativitatem Christi praecesserunt; versibus technicis. Parisiis 1743. 12. gallice.

Epitome Historiae Hispanicae. Parisiis 1741. 12. gall.

Praedestinatianismus seu Haereses circa Praedestinationem et Reprobationem. Tractatus historico-theologicus, in quo ortus, progressus, revolutiones, dogmata et sectae diversae Praedestinatianorum explicantur. Parisiis 1724. 4.

Historia Bajanismi seu Haeresis Michaelis Baji cum notis historicis, chronologicis, criticis. Duaci 1731. 4. gallice.

Afflictae sunt ei patrioticae sed infames Epistolae a M. le Maire.

Chifflet, Petrus Franciscus.

De Ecclesiae S. Stephani Divionensis Antiquitate, dignitate, sacris opibus. Divione 1657. gallice.

Historia Abbatiae Regiae et Civitatis Trenorciensis (Tournus). Divione 1664. gallice.

Dissertationes tres de S. Dionysio, de conversione Constantini, de S. Martini Epis. Turonensis Chronologia. Parisiis 1646. 1676. gallice.

Plura opera aliorum cum notis edidit et contulit etiam non pauca in Acta Sanctorum Bollandi.

Clavigero, Franc. Xav.

Historia antiqua Mexici. Tom. IV. Cesenae 1780 et 1787. 4. italice. germanice prodiit Lipsiae 1789. Tomis 2. 8.

Clement. Claudius.

Tabulae chronologicae tres de rebus Hispaniae ante et post Christum ecclesiasticis et politicis usque ad annum 1641; quarum duas ex Latino P. Theophili Raynaldi S. J. in hispanicum vertit. Madriti 1641. 1645. 8.

Cobo de, Barnabas.

Historia Indica. hispanice.

Coccius, Jodocus.

Dagobertus Rex, Argentinensis Episcopatus fundator praevius notis illustratus; in quo non pauca ad utriusque Alsatiae finitimarumque rerum sacram civilemque notitiam memorantur. Opus posthumum. Molshemii 1623. 4.

Sanctorum Alsatiae Historia.

Coletti, Jacobus.

Addidit ad Ughelli Cisterciensis Italiam Sacram Tomum X. Item ad Danielis Farlati S. J. Illyricum sacrum Tomum VI. de Ecclesia Ragusina cum Suffraganeis et Ecclesia Rhiziensi et Catharensi. Venetiis 1800. Fol.

Collegium Augustanum.

Recreationes historicae pro juventute. Partes III. Aug. Vind. 1753. 8. germ.

Rudimenta Historiae et Geographiae pro Gymnasiis S. J. Tomi IX. Aug. Vind. 1733. 8. lat. et germ.

Collegium Brunthrutanum,

Basilaea Sacra sive Episcopatus et Episcoporum Basilaeensium series Joanni Conrado Episcopo Basilaeensi ad suam inaugurationem dicata a Collegio Brunthrutano. Brunthruti 1638. 8.

Collegium Claudiopolitanum.

Compendium historicum. Claudiopoli 1733. 8.

Rudimenta Geographiae. ibid. 1734.

Epitome Historiae Ecclesiasticae. ibid. 1734.

Compendium historicum veteris et novae Germaniae. Partes VI. ib. 1733 et 1734.

Collegium Coloniense.

Conspectus Scriptorum Archidioecesis Coloniensis, Ducatuum Juliacensis, Montensis, Angariae et Westphaliae; a Professoribus Historiae in Collegio S. J. Coloniae 1747.

Collegium Iglaviense.

Menologium Sanctorum et Religiosorum S. J. Msc. germ. in Bibl. Vindob.

Collegium Litomericense.

Elogium historicum Ferdinandi II. Imp Fundatoris. Msc. in Bibl. Vindob.

Collegium Tyrnaviense.

Illustres Heroes Esterhazianae Gentis in utraque Repu-

blica sacra et profana, belli et pacis artibus omni aevo clarissimi. Tyrnaviae 1727. Fol.

Rudimenta historica pro Gymnasiis S. J. Tyrnaviae 1731. 8.

Historia Regni Hungariae, Mariae Theresiae Augustae Hungariae Reginae dicata a Collegio S. J. Tyrnaviae 1741. Fol.

Colonia de, Dominicus.

Antiquitates Urbis Lugdunensis cum quibusdam singularitatibus notatu dignis, praesentatae Duci Burgundiae. Vol. 2. Lugduni 1701 et 1702 et 1738. 12. gallice.

Historia litteraria urbis Lugdunensis cum Bibliotheca Autorum Lugdunensium sacrorum et profanorum in saecula tributorum. Vol. 2. Lugduni 1728 et 1730. 4. gallice.

Columbi, Joannes.

B. Virgo Maria Romigeria seu Manuescensis in Provincia. Lugduni 1638. 4. gallice.

De rebus gestis Episcoporum Valentinorum et Diensium. Lugduni 1638. 4. gall.

De rebus gestis Episcoporum Vivariensium. Lugduni 1651. 4. gall.

De rebus gestis Episcoporum Vesionensium. Lugduni 1654. 4. gall.

De rebus gestis Episcoporum Sistaricensium. Lugduni 1663. gall.

De Manuesca urbe Provinciae. Lib. III. Lugduni 1663. 12. gall.

Guilielmus junior Comes Folcolquerii. Lugduni 1663. 12. gall.

Dissertatio de Carthusianorum initiis.

Combes, Franciscus.

Historia de Insulis Mindanao, Solo et adjacentibus et progressu Religionis christianae in iisdem. Madriti 1667. Fol. hispanice.

Comte le, Ludovicus.
Novae Memoriae seu Commentarii de statu praesenti Chinae. Tom. III. Parisiis 1797 et 1701. 12.
Constantius, Georgius.
Historia Sancti Montis in Bohemia. Pragae 1652. 12. bohemice.
Conti de, Sebastianus.
Fasti Senenses, dicati Alexandro VII P. M. Fol.
Narratio de Miraculis B. Virginis de Praesepio. Senis 1668. 12.
Coppens, Prosper.
Cursus Geographiae modernae pro studiosa juventute. Friburgi 1829. gall.
Cordara, Julius Caesar.
Historiae Societatis Jesu Pars VI. complectens res gestas sub Mutio Vitelesco ab anno 1616 usque ad 1625. Romae 1750. Fol.
Historia Collegii Germanici et Hungarici. Lib. IV. Romae 1770. Fol.
Cordeyro, Antonius.
Historia singularis Insularum Lusitaniae subjectarum in Oceano Occidentali. Ulyssipone 1717. Fol. lusitanice.
Cornova, Ignatius.
Brevis Epitome memoratu dignissimarum Rebellionum in Bohemia. Pragae 1793. 8. germ.
Epistolae ad parvulum Amatorem Historiae Patriae. Partes VII. Pragae 1795. 8. germ.
Diversiones cum juvenibus Amatoribus Historice Patriae. Partes IV. Pragae 1798—1803. 8. germ.
